

RECTOR
ACADEMIAE LVDOVICIANAE
D. GEORGIUS LVDOVICVS
ALEFELD

MEDIC. ET PHILOS. NATVR. P. P. O.
ACAD. ELECTOR. MOGVNT. SCIENT. VTIL.
SOCIVS. ORD.

LECTIONES AESTIVAS

INDICIT

EASQUE SEDVLITATI

CIVIVM ACADEMICORVM

TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBILISSIMORVM

RITE COMMENDAT

P. P. D. XXXI. MART. ANN. MDCCCLXVI.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.



GISSAE,
EX OFFICINA BRAVNIA.

In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Academiae Senior.

Cum Ecclesiae Christi vel maxime intersit, ut, qui ejus ministerio sese addixerunt, officii olim obeundi gravitatem alius animo infigant, indeque per omne tempus, quod solidae rerum sacrarum scientiae hauriendae impendunt, ab omni profano consortio & vitae maculis, hunc statum dedecentibus, sese separantes, pietati, modestiae & assiduo precum studio serio incumbant, sicque, gratia Spiritus sancti adjuti, mature organa reddantur, gloriae divinae promovendae, & procurandae multorum hominum salutis; id sibi datum negotii credidit, ut, qua ratione sanctiori disciplinae consecrati eo feliciter eniri queant, ostenderet. *Instructionem* itaque *pastoralem* viri summi, D. Jo. Fechtii, qua, velut accurata Synopsis, quae in singulis Ministerii partibus observanda sunt, continentur, *publicis lectionibus* explicabit. *Privatim* lectiones in *Syllogen controversiarum* ejusdem Theologi celeberrimi, superiore semestri ob valetudinem adversam suspensas, de novo auspiciabitur, & exercitium disputatorium separatis quibusdam horis in eandem instituet.

D.



D. IO. HERM. BENNER.

Publice, lectiones *exegeticas*, in priorem *Petri* epistolam aperiet, ad praxin pietatis, prope exultantem ab academiis, accommodatam. *Privatim*, absolutam nuper *notitiam salutis*; ab integro exponendam; suscipiet: *Disputationes* singulis hebdomadibus instituendas, offert; promtus ad alia, quibus diligentiam academicam nutrire poterit.

D. IO. STEPH. MÜLLER,

Ord. sui Decanus.

Publice primam partem *Theologiae Moralis* exponit, ad ductum libelli, quem ipse edidit in lucem & *Sittenlehre Jesu* nominavit. *Privatim* in *Theologia dogmatica* pergit, quem ad modum hucusque controversias simul recensuit gravissimas, recensitas vero diiudicavit, Episcopo, GVNNERO, duce. Offert etiam *privatissimas* horas.

D. IO. GEORG. BECHTOLD.

Quam elapso semestri hiberno bono cum Deo inchoavit dictorum S. C. quae *classica* vocantur, interpretationem, ad articulum *de gratia Dei V. erga homines lapsos* perductam, continuabit, quaeque supersunt reliquorum doctrinae nostrae salutaris capitum firmamenta biblica bonae *Enyphos* luce collustrabit. Lectiones homileticas non ita pridem absolutas, de integro ordietur. Hermeneviticam sacram duce vel b. BAYMGARTENIO in *dem Unterrichts von Auslegung der H. S.* vel, si satius esse visum fuerit, S. R.

BEN-

BENNERO nostro in thesibus hermenevticis docebit. Suos quoque auditores in arte de rebus diviniotibus disputandi, fingulis diebus Saturni, exercebit; modo non desint, quorum industria vtilissimis hisce non conatibus obstet. Collegium praeterea homiletico - practicum aliudue e. g. catecheticum, pastorale, polemicum &c. si numerus idoneus aderit, pollicetur.

IO. GEORG. HOFFMANN,

SS. Th. D. & P. T. Extr.

Abfolute, anno elapfo; Historia Ecclefiaftica Noui Testamenti, per hoc femestre exponet *Historiam Ecclefiafticam Veteris Testamenti*, eumque fibi finem proponet, vt ipfi Veteris Testamenti libri facri facilius intelligantur. Quumque totius Theologiae fons S. Scriptura est, *Pfalms Davidis*, diuinum Theologiae compendium, iufta exegefi dilucidabit, *Pevicopas* etiam *epiftolicas* methodo explanabit ifta, quae in concionibus facris obferuanda est. Faxit Deus, vt Theologiae ftudiofi tandem ad lectionem S. Codicis redeant.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

Academiae Procancellarius.

Abfolutis praeterlapfo femestri praelectionibus in ius *Germanicum* tam *publicum* quam *privatum*, vt & in ius *feudale*, eisdem iurisprudentiae partes de integro exponet.

D.



D. IO. CHRISTOPH. KOCH

b. a. Decanus.

Institutiones, Digesta, Ius canonicum explicabit. Priuatissime *Ius Naturae* docebit. *Disputatorium* quoque offert.

D. LVD. GODOF. MOGEN,

Professor Iuris Ordinarius.

Quas praeterlapso semestri priuatissime explicuit *Institutiones* D. IVSTINIANI; hac ineunte aestate, & quouis futuro semestri, bono cum Deo, *priuatim* explicabit, stata semper hora XI. ante meridiem, semperque ad HEINECCIUM filium, ab erroribus non quidem omnino immune, omnium tamen, quae exstant, absque dubio optimum. Et *Digesta* tradet, BOEHMERO duce. Offert & alia, quae a se desiderabuntur.

In Facultate Medica.

D. IO. WILH. BAVMER,

Med. Prof. primar.

Horis antemerid. VIII. Medicinam forensam, praemonstratore Cel. Dn. HEBENSTREIT in anthropologia forensi, sedulo interpretabitur. VIII. Praeceptis BOERHAAVIANIS pathologico-therapeutice generalibus ad finem perductis, iam, quae ad morbos cognoscendos atque curandos speciatim pertinent, dilucide explanabit. X. Perill. HALLERI primas Physiologiae lineas proponet, additis illustrationibus ex praeparatis anatomicis atque Anatomia comparatiua desumptis. Ut praeter ea subcessivae operae



operae quoque bene collocentur, practicam in Botanica atque Mineralogia manuductionem iis spondet, quos naturam, in ipsis eius officinis, penitus scrutari, iuvat.

D. GEORG. LVD. ALEFELD

P. P. O.

Eam anatomiae partem, quae circa ossa corporis humani versatur, explicabit, & quomodo praecipuae operationes chirurgicae instituendae sint, monstrabit, ad alia quoque paratus.

In Facultate Philosophica.

ERNESTVS THOM,

Prof. moral. & iuris naturae, h. q. Decanus.

Philosophiae actiuae partes, ius naturae WOLFII, ac separatim ius gentium, doctrinam moralem, prudentiam ciuilem & disciplinas oeconomicas tradet.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathem. P. P. O.

Logicam, metaphysicam & mathesin horis consuetis docebit; praelectiones priuatissimas continuabit & nouas offert.

D. LVD. GODOF. MOGEN,

Professor Historiarum Ordinarius.

Publice denuo explicabit principia historiae Germaniae veteris, ad ductum sui ipsius libelli, sub titulo:

Grund-



Grundriß der Geschichte der Teutschen editi. *Privatim* historiam statuum Europae, praecunte ACHENWALLO, tradet. Ad plura quoque paratus.

D. IO. GEORG. BECHTOLD,

utriusque eloq. P. O. & alumnorum Principis Ephorus.

Latinitatis elegantioris, artis oratoriae, ut & Poësis praecepta, praeecuntibus ubique auctoribus consuetis tradet, eorum simul usum, seu praxin, ut vocant, quantum temporis per limites licebit, ostensurus.

D. GEORG. LVD. ALEFELD.

Philosophiam naturalem, quatenus per experimenta illustratur, tradet.

IOH. GEORG. HOFMANN,

Ph. M. & II. OO. PP. O.

Publice tradet accentuum hebraicorum doctrinam, quibus, si per tempus liceat, Chaldaismum biblicum iunget. *Privatim* Grammaticae suae hebraicae compendium ita explicabit, ut intra semestre spatium totam analyseos doctrinam auditores diligentes discant. Vana vero cum sunt grammatica praecepta sine solida Syntaxeos & idiotismorum notitia, hisce enucleandis destinabit Collegium Cursorium in Libros Regum, & quantum tempus permittit, alios quoque libros historicos V. T. instituendum. Arabicam quoque linguam docebit.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Cuius de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique palaestra Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magiströs earum peritissimos, publice constitutos, abunde profectum est.